durfte es, da das Kapitel 1451 nur mehrheitlich zustimmte, der Entbindung vom Kapitulationseid durch höhere Instanz, d.h. durch den Papst. Eben dieses sieht eine den Statuten als solchen angeschlossene Erklärung Eb. Jakobs vor: Quod si que sint aut contineantur in eisdem statutis, que salvo iuramento nostro statuere non possemus, quod non credimus, quod talia pro infectis habeantur, et quatenus huiusmodi possibilitas in dubium revocaretur, submittimus nos ex nunc prout ex tunc determinacioni et declaracioni summi pontificis aut legatorum sedis apostolice. *Das Kapitel schloß in eine ebensolche Erklärung seinerseits noch die Bitte um ausdrückliche Billigung der neuen Pensionenregelung durch den Papst oder durch Legaten ein:* Omnia et singula in libro actorum visitacionis nobis in presenciarum assignato contenta et descripta pensiones non concernencia pure et simpliciter, statuta vero pensiones concernencia cum protestacione, si et inquantum illa tamquam maior pars capituli absque aliorum capitularium minorem partem faciencium expresso consensu iuste, racionabiliter et salvis iuramentis nostris poterimus, prompto animo acceptamus, submittentes nos, quatenus huiusmodi possibilitatem in dubium revocari contigerit, unacum prefato reverendissimo domino nostro archiepiscopo determinacioni et declaracioni summi pontificis aut legatorum sedis apostolice. *Es lag nahe, daß man sich damit dann an NvK wandte; wahrscheinlich war das schon vorher abgesprochen.*

Intellectis hiis, que primum in prestito per vos et capitulares vestros iuramento ac deinde quo ad sublacionem pensionum in visitacione acta sunt, dubitacioni vestre respondemus, quod iuramentum non est sic vinculum iniquitatis, quin eo non obstante omne id fieri debeat, quod ad dei cultum ampliandum et publicam cedit utilitatem, et quod tunc de hoc nichil hesitacionis remaneat, quando sic inter reverendissimam paternitatem vestram et vestrum venerabile capitulum, quod in maiori parte canonicorum regulariter consistit, communi consensu conventum existit. Quo casu nichil dubii est, quin reverendissima paternitas vestra pensiones hactenus consuetas et nunc in minucionem divini cultus et facultatum ecclesie vestre tendentes consuetudine antiqua ac talibus prestitis iuramentis non obstantibus de medio tollere et, ut amplius non sint, statuere ad quod quisque canonicorum vestrorum in tale statutum consentire et ipsum admittere licite possit. Quod et nos sic factum esse ob causas, quas vestra reverendissima paternitas tangit, gaudemus et laudamus ac, quantum in nobis est, ne deficiat, plurimum exhortamur. Datum Bamberge sub nostro sigillo *(usw. Rechts unter dem Text:)* H. Pomert.

1 hiis *fehlt CDE* 3 sic *fehlt C* 4 publicam: publicum *B* 5 de hoc *fehlt CDE* remaneat: remanet *AB* 5–6 paternitatem vestram: p. v. *B* 8 paternitas vestra: p. v. *B* 8–10 *zeitgenössische Randbemerkung* Nota, quod illa sit una desperacio, si sumitur contra iuramentum capituli 8 pensiones: pensiones vestras *C* 12–13 reverendissima paternitas vestra *E* 13 paternitas: p. *B* ac: et *CDE* 14 Bamberge *fehlt CDE* 15 H. Pomert *fehlt CDE.*

1451 April 24, ⟨Weißenburg⟩. Nr. 1235

Der Rat von Weißenburg an Bürgermeister und Rat von Ulm. Er bittet um Hilfe gegen das durch den B. von Eichstätt wegen der Zerstörung des Klosters Wülzburg verhängte Interdikt samt dem von NvK gegen die Weißenburger Karmeliten erlangten Gottesdienstverbot.

Kop. (gleichzeitig): Augsburg, *StA, Reichsstadt Nördlingen, MüB 872 Blatt* 10^{b}.
Erw.: Kanter, Markgraf Albrecht Achilles 497f.

Die Weißenburger rechtfertigen die Niederlegung des Klosters Wülzburg mit dessen für die Stadt gefährlicher Lage, wenn Mgf. Albrecht sich seiner bemächtigte.[1]) *Die Hoffnung, daß der B. von Eichstätt ihnen Vergebung gewähre, habe sich nicht erfüllt.* Sunder hat uns am ersten baning declariert und yeczo amme hailigen antlaßtag[2]) interdickt gen uns gelegt und alles singen und daz sacrament verslagen, daz uns merklichen kummer bringt. Ouch hat der karmelyten bii uns dem prior und convennt dasselben donrstags ain inhibitz ains tails von unserm herren dem legatten herlanget mit langen worten und processen

Aus: »Acta Cusana. Quellen zur Lebensgeschichte des Nikolaus von Kues«, Felix Meiner Verlag, Hamburg 2016.
Copyright: CC BY-NC-ND 3.0. Weitere Informationen: www.actacusana.de/copyright.

zugestant und in ouch messe und alle sach verslagen, also daz wir gancz irrig sin. *Sie bitten daher den Rat von Ulm, allen Räten der Städte* unnser verainung *zu schreiben und sie um Beistand zu bitten*, danne ye solichs an uns nit ende hat. Dann so bald wir aber wundern werden, daß solichs gegan andern ouch furgenommen werde, alz vor ettlichen der stette frunden durch den legatten selbs gutter massen zue Nuremberg geredt worden ist[3]), und wollent uns in den anligenden unsern sachen uch beholffen zu sin laussen, als wir uch wol getruwen.[4])

---

[1]) *Vgl. die ausführliche Inhaltswiedergabe bei Kanter, Markgraf Albrecht Achilles 497f.*

[2]) *Gründonnerstag, 22. April.*

[3]) *S.o.* Nr. 1233.

[4]) *Die Weißenburger übersandten zusammen mit* Nr. 1235 *einschlägige Unterlagen, die für einen Ulmer Bericht über die wesentlichen Sachverhalte benutzt wurden, wie sie sich aus* Nr. 1205, 1225 *und* 1226 *ergeben: Reinschrift mit nachträglichen Randergänzungen in* ULM, *Stadtarchiv, A 1109 (mitgeteilt durch J. Helmrath); Abschrift davon in* AUGSBURG, *StA, Reichsstadt Nördlingen, MüB 871 Blatt 9. Der Bericht bildet eine Anlage zu dem Bericht von Bürgermeister und Rat von Ulm 1451 V 1 über den letzten Städtetag, ebendort Blatt 7. Erwähnung beider Berichte bei Kanter, Markgraf Albrecht Achilles 676f.*

⟨1451 April 21 / (24)⟩, Bamberg.[1]) — Nr. 1236

⟨Konrad Mülner (?)⟩.[2]) *Rede auf NvK*[3]) *im Namen des B. von Bamberg, seines Kapitels, Klerus und Volkes.*[4])

Reinschrift, aut.(?), von der Hand des Konrad Mülner (s. Anm. 2): BAMBERG, *Staatsbibl., Ms. Theol. 222 (Q.V. 11) f. 25v und 27r. Zur Hs., die zunächst im Besitz des Konrad Mülner (s. Anm. 2), sodann des Karmelitenklosters in Bamberg war, s. Leitschuh, Katalog I 799–802.*
Erw.: Leitschuh, Katalog I 800; Pastor, Geschichte der Päpste 474 Anm. 4.

Die Umgebung von Nr. 1236 *ist in der Handschrift durch Mülner mit zahlreichen Notizen, im besonderen Bibelstellen, angefüllt, die als ergänzende Materialien für die Rede selbst anzusehen sind. Ich beschränke mich jedoch auf die Wiedergabe allein des fortlaufenden Textentwurfs.*

Vellem hoc dici, rme in Christo pater etc., ea ni vis ingenii et dicendi copia atque oracionis comoditas adesset, quibus divinas virtutes, mirifica facta et fortissimas victorias tuas non solum in presens, sed etiam in perpetuum extollere possem. Sed cum, rme pater, a te gestorum gloria non solum in orientali sive Grecorum, verum etiam in nostra occidentali ecclesiis adeo percrebuit, ut immortalibus laudibus iam nulla mea possit oracio par inveniri, patieris igitur equo animo me totum hunc locum preterire. Erunt enim aliquando, qui tuam prestantissimam naturam, tuas virtutes, tuos denique magnanimos victoriososque actus melius et efficacius describant, que doctrinis, consiliis et prudentia tuis fortissime gesserunt, et ea suis oracionibus graviter et ornate includunt. Sunt enim omnibus tam nota, ut oratione mea non egeant, et tu ille es, qui magis gloriam tuam factis quam predicatione ullius hominis spectaturam semper esse voluisti.

Michi vero illud pro meo ingenio satis erit, ut ad executionem earum progrediar, ad que orationis mee cursus intendebat. Preceptum enim est michi per rm dominum meum hic astantem, ut nomine suo nomineque sui capituli, cleri et populi paternitatem tuam rmam digna reverencia cum illo cantico ewangelico, quod precedenti dominico ingrediente domino 'Iherosolimam' Hebreorum puerile decus deprovisit 'Benedictus qui venit in nomine domini'[5]), et illud precipue dicunt esse preponendum, ut summas regi celorum gratias agamus, qui dignos nos fecit nostris in edibus tuam inspicere angelicam[6]) pocius quam effigiem humanam. Sicut enim in ecclesie primordio dominus et salvator noster Ihesus Cristus 'fundamentum' ecclesie et 'petram'[7]) Petrum principem apostolorum ad convertendas et salvandas gentes misit[8]), sic et nunc in ecclesie successoribus ipsius domini nostri Ihesu Cristi vicarius dominus noster sanctissimus summus pontifex Nicolaus Nicolaum te alterum in ecclesie summum, in ter sancte Romane ecclesie cardinalem ad nostrarum regionum katholicos hero⟨em⟩ iam nimium labentes instruendos, convertendos, pacificandos et confirmandos in fide legatum te constituit. Nam Nicolaus 'victoria' sive 'victoriosus in populo' interpretatur.[9]) Legitur enim Regum 2° in capitulo 17, qualiter 'Cusi amicus regis'[10]) 'dissipaverat consilia Achitafel'[11]) et assistendo regi David victoriam obtinuit.[12]) Umquam et tu, qui Cuza hoc nomine insigniris, regali sacerdoti, summo

Aus: »Acta Cusana. Quellen zur Lebensgeschichte des Nikolaus von Kues«, Felix Meiner Verlag, Hamburg 2016.
Copyright: CC BY-NC-ND 3.0. Weitere Informationen: www.actacusana.de/copyright.